

LEX MUNICIPII TARENTINI

(trascrizione in latino con grafia classica)

Ne esse liceat neve quodquod eius municipi pecuniae publicae sacrae religiosae est erit fraudato neve avertito neve facito quo eorum quid fiat neve per litteras publicas fraudemve publicum peius facito dolo malo (;) (illi) qui fecerit quanta ea res erit quadruplum multae esto eamque pecuniam municipio dare damnas esto eiusque pecuniae magistratus quicumque in municipio erit petitio exactioque esto. Quadrumvir aedilesque qui hac lege primi erunt qui eorum Tarentum venerit is in diebus viginti proximis quibus post hanc legem datam primum Tarentum venerit facito qui pro se praes stat praedes praediaque ad quadrumvirum det quod satis sit quae pecunia sacra religiosa eius municipi ad se in suo magistratu pervenerit eam pecuniam municipio Tarentino salvam recte esse futuram eiusque rei rationem redditurum ita ut senatus censuerit isque quadrumvir cui ita praes dabitur accipito idque in tabulis publicis scriptum sit facito et quicumque (?) comitia duoviris aedilibusve rogandis habebit is antequam maior pars curiarum quemque eorum qui magistratum eis comitiis petent renuntiabit ab eis qui petent praedes quod satis sit accipito (.) quae pecunia publica sacra religiosa eius municipii ad quemque eorum in eo magistratu pervenerit eam pecuniam municipio Tarentino salvam recte esse futuram eiusque rei rationem redditurum ita ut senatus censuerit idque in tabulis publicis scriptum sit facito (.) quodque cuique negotium publice in municipio de senatus sententia datum erit negotive publici gesserit pecuniamque publicam dederit exegerit is cui ita negotium datum erit negotive quid publice gesserit pecuniamque publicam dederit exegerit eius rei rationem senatui reddito refertoque in diebus decem proximis quibus senatus eius municipi censuerit sine dolo malo.

Qui decurio municipi Tarentini est erit quive in municipio Tarentino in senatu sententiam dixerit is in oppido Tarenti aut intra eius municipi fines aedificium quod non minus MD tegularum tectum sit habeto dolo malo (.) qui eorum ita aedificium suum non habebit sive quis eorum aedificium emerit mancipiove acceperit quo huic legi fraudem e... is in annos singulos sestertium (gen. plur.) nummum (gen. plur.) quinque milia municipio Tarentino dare damnas esto. Ne quis in oppido quod eius municipi erit aedificium detegito neve demolito neve disturbato nisi quod non deterius restitutus erit nisi de senatus sententia. Si quis adversus ea fecerit, quanti id aedificium erit tantam pecuniam municipio dare damnas esto eiusque pecuniae (...) qui volet petitio esto magistratus qui exegerit dimidium in publicum referto dimidium in ludis quos publice in eo magistratu faciet consumito sive ad momumentum suum in publico consumere volet liceto idque ei sine fraude sua facere liceto.

Si quas vias fossas clo(v)acas quadrumvir duumvir aedilisve eius municipi causa publice facere immittere commutare aedificare munire volet intras/eos fines qui eius municipi erunt quod eius sine iniuria fiat id ei facere liceto.

Qui pecuniam municipio Tarentino non debebit si qui eorum (ovv.: verum:?) qui municeps erit neque eo sexennio proximo quo exire volet duovirum